



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio sexta. Vtrum aliquis possit excidere à vera pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

clericidium, & iterū penitentiaris cui clericidiū est confessum dicit, & cōsuevit dicere aliqui de clericis officio pēnitentiaris deputatis, q̄ ducat talentū per ecclesiā, scilicet pro clericidio. Et quis potest dicere, q̄ hoc peccatum contentis non publicetur: nullus vt videtur.

13 Propter hoc dicendum est aliter, sicut audiuius ab ip̄is penitentiaris, q̄ pro homicidio eis confessū si sit occultū, nō imponunt talentū penitentiā: si autē sit notoriū in terra in qua fuit cōmūnū, tunc imponunt ip̄i talentū penitentiā. Nec publicatur eorum peccatum quod iam est publicū nī quantū ad illos qui sunt in ecclēsia in qua sit talis penitentiā: nec etiā plenē publicatur quantū ad illos quia circunducuntur vultibus cooperitis ita vt persona sit ignota, & adhuc fortē videtur q̄ ifud sit omnino incāctū factum. Et audiuius aliquos ex penitentiaris super hoc ex penitentiā tali murmurare.

14 Ad tertium dicendum, quod clericis non imponitur solemnis penitentiā propter causas in corpore solutio- nis assignatas.

Q V E S T I O Q U I N T A .

Vtrum effectus penitentia bene assignetur.

Tho. 3.q.8c.

A D Tertium sic proceditur, & arguitur quod non be- cramentū debet esse vnius effectus, sed penitentia vnius est sacramentū. Et tamen Magister in litera assignat ei plures effectus, videlicet remissionem peccatorum, & vi- uificationem honorum operum prius mortificatorum, ergo male.

2 Item peccatum non potest dimitti quantum ad cul- pam que transit, sed solum quantum ad reatum qui rema- net. Sed reatus per sacramentū penitentie non remitti- tur, cum p̄q̄ pro eo iniungatur, ergo effectus penitentie non est remissio peccatorum.

3 Item quod non est, viuificari non potest, sed bona opera facta in gratia desinunt esse succedente peccato: nō enim sunt de numero rerum permanentium, sed transi- entum, ergo extunc viuificari non possunt per quācumq; penitentiam subsequentem.

4 IN Contrarium est quod dicit Petrus Aetūm. 3. Penitentia & conuertimini vt delectantur peccata vestra: igitur effectus penitentia est delectio peccatorum. Item secundum Ambro. penitentia res optima est qua: omnes defectus reuocat ad perfectum, sed maximus defectus est q̄ bona opera iacta ex charitate non perdant facientem ad gloriam, qui defectus cōtingit mortificante ea ex pec- cato: ergo iste defectus tollitur per penitentiam, & sic ope- ra mortificata reuifiſcantur.

5 R E S P O N S I O . Circa questionem istam dicen- da sunt duo. Primum est q̄ per penitentiam remittuntur peccata mortalia. Secundum est q̄ per ipsam viuificantur bona opera per sequens peccatum mortificata. Primum pa- tet sic: ille est primus & principalis effectus huius sacra- menti, qui principaliter importans per formam verborum: ifud autem est remissio peccatorum, cum forma huius sa- cramenti sit, ego absolu te, ergo est principalis effectus huius sacramenti.

6 Quantum ad secundum sciendum est q̄ opera no- stra dicuntur via & mortua, viuificant & mortificata per comparationem ad ea quae videamus in rebus natura- libus: illa enim dicuntur via, quae habent in se principiū vite & operationem: vt oculus videndo, pes ambulando & sic de aliis: mortua vero dicuntur que neutrum istorum habent, habere tamē potuerunt: sicut dicitur homo mor- tus nō solum quia vitam habuit & priuatus est, sed etiā factus qui nunq̄ vixit dicitur nasci mortuus, mortificata autem dicuntur quae habent in se principiū vite, sed nō operationem, propter aliquod impedimentum, vt mem- brum stupidum vel paralyticum, viuificant autem dicun- tur, quae a mortificatione impidente operationē vite re- deunt ad suas operations. Similiter opera nostra dicun- tur via quando procedunt ex charitate quae est princi- piū vite spiritualis, & per meritū possunt perducere ad vitam glorię quae est vera vita. Iste est enim finalis effec- tus operum nostrorum, mortua vero dicuntur opera bo- na quae sunt extra charitatem, quae licet non fuerint vi- ua, potuerunt tamē esse via, si charitas affuisset. Mortifi-

Sancto Porciano

ca verò dicuntur opera quae sunt ex charitate quae est principiū vite, sed per meritū non possunt efficaciter perducere ad vitam glorię propter impedimentum pe- cati superuenientis, viuificant autem cum impedimen- tum mortificans ea amouetur, & hoc est peccatum mor- tale sequens cum quo nullus venire poterit ad vitam glo- rię. Ex hoc sic arguitur ad propriū: illud viuificant opus mortificatum per quod amouetur impedimentum mor- tale quod mortificat precedens opus meritorii, ergo per penitentiam viuificant opus mortificatum prius.

7 Et si quis h̄c sitaret quomodo viuificant opera bo- na precedētia que non sunt in fe, nec illa charitas ex qua facta fuerit remansit. Et ideo videtur fuisse mortua, quia perdidērunt principiū vite. Dicendum est q̄ licet illa opera nō remanerint in se, nec charitas ex qua facta fue- runt remaneat, tamen dicuntur viuificant nō quidē quia redēant eadem opera numero, nec eadem numero chari- tas quae per peccatum fuit amissa, sed quia bona opera dum fiebant in charitate fuerūt à Deo accepta vt meritoria vi- te ēterna. Et in illa acceptione diuina remanerint si im- pedimentum ea mortificans cesaret: quod sit per veram penitentiam. Sic enim bona opera quae transeunt ma- nent in diuina acceptione per modum meriti, & si cōfōs- sent viuificant, sicut opera mala transeunt actū & rema- nent reatu vt puniantur.

8 Ad primum arg. dicendum q̄ vnius sacramenti pos- sunt esse plures effectus dum tamen sint subordinati, sicut videamus in naturalibus q̄ lux solis illuminat & calcificat. Et similiter per penitentiam primo & per se remittuntur peccata, & secundario viuificantur opera bona prius facta mortificata.

9 Ad secundū dicendum q̄ peccatum mortale dicitur di- mitti per penitentiam quantum ad reatum penitentia aeterna quae est ad inimicos pro exterminatione, quanvis rema- neat quantū ad p̄nā reatus temporalem, quae est pro cor- rectione & emendatione filiorum.

10 Ad tertium patet solutio ex praeditis, quia quan- tis opera facta in charitate non remaneant in fe, rema- nent tamen in diuina acceptione vt sint meritoria vite aeternae: anot: impedimento ea mortificante, non eam porret assumi omnimoda similitudo rerum spiritualium ad corporalia, sed sufficit q̄ assumatur quantum pertinet ad propostū &c.

Q V E S T I O S E X T A .

Vtrum aliquis possit excidere à vera penitentia.

Thom. 3.q.84.ar.10.

A D quartum sic proceditur, & arguitur quod nullus possit excidere à vera penitentia, quia fortius non vincitur à debiliō, sed penitentia est fortior omni culpa, cum per eam ab omni culpa resurgamus, ergo verē peni- tentis non potest cadere per culpam.

2 Item Ambro. dicit q̄ penitentia est praterita pecca- ta plangere, & plangenda nō committere: qui ergo plan- genda postea committit, non verē penituit.

3 Item Aug. Inanis est penitentia quam sequens culpa coquinat.

4 In oppositiū arguitur: quia perfectior est gratia data in baptismo quae delet omnē culpā & p̄nā q̄ gratia quae datur in penitentia, sed à gratia baptismalī potest aliquis excidere per culpam, ergo à gratia penitentia.

5 R E S P O N S I O . Dixerūt quidam q̄ à vera peni- tentia nullus potest excidere per peccatum mortale, q̄ si ex- ciderit, vera penitentia non fuit. Et ad hoc ponendum mouebantur primo per rationem sumptam ex parte dei, quia facilitas venia: incentiū tribuit delinquendi, sed si homo potest verē penitentie quotiētūc peccare, cū per veram penitentiam Deus peccata remittat, videatur magna facilitas venia: quando culpis reiteratis quantum cunctū posset de eis haberi penitentia & venia, ergo cum non sit probabile, quod Deus tribuat incentiū delin- quendi alicui, non est probabile, quod vera penitentia posset plures reiterari. Secundo mouebantur per ratio-

nem sumptam ex exemplo ipsius Christi, quia ea quae facit Christus corporaliter sunt exempla eorum que facit spiritu, sed Christus nunquam sanavit bis eundem infirmum corporaliter, ergo nunquam sanat spiritualiter bis eundem peccatorem. Et iste rationes tanguntur de penitentia dicitur, item quod frequenter. Sed istud est erroneum, quia illud quod non confirmat liberum arbitrium in bono non facit quin homo possit cadere in peccatum, sed nec penitentia, nec quaecumque virtus pro statu vita confirmat liberum arbitrium in bono: hoc enim est principale priuilegium: statutus penitentie, ergo &c. Ita patet per exemplum lancitorum, quia David potissimum egit vera penitentiam de adulterio Bersabeae, & de homicidio Urias postea cecidit per culpam in numeratione populi. Quare omnino tenendum est, quod a vera penitentia potest quis per culpam cadere.

6 Vtrum autem plures possint iterari vera penitentia, dicendum est quod sic, quia sicut secundi legem communem homini non confirmat in bono pro statu vita, sic non obstat in malo per quodcumque peccatum quotienscumque iteratum quod posse de eo vere penitere, sed quotiens homo penitit, totiens Deus verè indulget. Cum major sit Dei misericordia ad remittendum peccatum de quo aliquis verè penitit quā sit hominis malitia quando peccatum committit. Et confirmatur, quia non plus misericordia exigunt a nobis Deus quam impenda nobis, cū imponat nobis modum misericordiae ad proximum iuxta formam misericordiae quā habet a nos, secundum illud Luc. 6. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est, sed Deus imponit nobis modum misericordiae ad proximum, ut ei penitentem remittamus offendam nō solum seipsum, sed septuagesies septies: ut habetur Mat. 28, ubi ponitur numerus determinatus pro indeterminato, ergo modus diuinæ misericordiae ad nos et vi plurimes dimittit nobis peccata: quod non esset nisi possemus plures vere penitentes, & plures à vera penitentia cadere, quandiu enim durat vita præfens Deus virit ad nos misericordia, post mortem autem vtrum iustitia. Et ideo in vita præfensi tempus penitendi ex parte hominis, & tempus misericordiæ ex parte Dei. Et contrarium sentire est erroneum.

7 Nec valent rationes contrariae opinionis, quia non est facilitas venientia quando pro culpa exigitur pena, quod facit Deus remittendo culpam: quia pro qualibet culpa quantumcumque iterata exigit penitentiam correspondentem. Quod autem dicitur quod Deus nunquam eundem infirmum plures sanavit corporaliter. Respondendum est sicut de penitentia dicitur dicitur, item quod frequenter, quod per hoc quod Dominus sanavit plures non solum a diuersis infirmitatibus, sed etiam a similibus (plures enim taceos illuminatis, etiam leprosos mundauit) figuratum fuit quod homo per penitentiam sanatus erat a peccatis que diueris temporibus committeret: non confit etiam quod dominus eundem infirmum sanavit plures, quod & si non legatur, non obstat: quia scriptum est Ioan. penitent. multa quidem & alia signa fecit Iesus quae non sunt scripta in libro hoc.

8 Ad principales rationes. Ad primam dicendum est quod fortius non vincitur a debiliori per violentiam: vincitur ramen quandoque per negligenciam suam, & sic vere penitens vincitur tentatione & cadit in culpam non per violentiam sibi illata, sed per incautelam & negligenciam suam.

9 Ad secundum dicendum quod auctoritas beati Ambrosii sic intelligenda, quod penitentia est præterita peccata deplangere, & plangenda non committere: hoc est non habere propositum committendi.

10 Quod autem dicit Augustinus quod inanis est penitentia &c. Intelligentium est quantum ad finem vitium quod est consecutio vita aeterna, & vitatio gehenna: quia per sequens peccatum mortificantur penitentia & bona præcedentia, ita ut non sint sufficientia ad vitam aeternam consecutionem, quando tamen fuit talis penitentia, valuit ad remissionem peccatorum.

Sententia huius distinctionis. X. V.

in generali & speciali.

E T sicut praedictis auctoritatibus. Superiorius determinat Magister de penitentia quantum ad sui quidditatem diffiniens veram rationem penitentie, & excludens

circa hoc quorundam errorem addentium ad penitentiam rationem futuram perseuerantiam. Hic deinde minor de ipsa quantum ad sui integratatem, remouens circa hoc errorum aliquorum false opinionem posse de uno peccato fluere de aliis penitentiis agi: quod est contra penitentia integratatem. Et dividitur in partes duas. Quia primo tangit errorum & eius confirmationes, illas solvit. Secundo improbat illum errorē ibi, Satis arbitrari. Prima esti præsentis lectionis. Et dividitur in duas. Quia primo pertractat prædictam opinionem, erroneous dicendum de uno peccato posse fieri penitentia fructuosa sine aliis quā ad idem tempus. Secundo incidenter tangit aliosrum errorum dicendum de uno peccato sine aliis penitentiis factam valere non quidem quantum ad idem tempus sed quantum ad diuersa, videlicet quod quando de aliis peccatis penitentia ageretur, tunc valebit prima penitentia. Secunda ibi, Quibusdam tamen videtur. Prima dividitur in duas. Quia primo excludit probations eorum quae procedunt ex auctoritatibus sacre scripture. In secunda excludit probations sumptuas ex auctoritatibus Sanctorum & quibus rationibus ibi, alias quoque auctoritates. Prima in tres. Quia primo proponit obiectiōnem. Secundo solvit eam ibi, sed de his. Tertio excludit quandam dubitatioνem ex præcedente solutione oratam ibi. Attende his verbis. Pars illa que incipit ibi, alias quoque auctoritates, diuiditur in duas: quia primo ponit probations eorum ex auctoritate Greg. & Ambr. & ex quadam ratione adiuncta. Et secundo solvit eas ibi. His respondeat porect. Et illa postea diuidi secundum numerum obiectiōnum & responsionum. Tunc sequitur illa pars que incipit ibi. Quisbusdam tamen videtur. Circa quam tantum duo facit, quia primo ponit illam opinionem cum suis rationibus. Secundo solvit ibi, sed haec dicta intelligimus. Hęc est divisione & sententia in generali.

2 IN Speciali sic procedit. Primo proponit quod errorneum est dicere quod de uno solo peccato sine aliis posset penitentia agi: quod quidam dixerunt confirmantes errorum per auctoritatem Prophetæ Naum, qui dicit cap. 1. Non iudicabit Deus bis in idipsum, ex qua auctoritate arguent sic. Si quis unum peccatum sacerdoti confiteatur racitis aliis & penitentiam sibi iniunctam perficerit pro illo, non debet amplius satisfacere, nec penitentia agere, alioquin Deus bis in idipsum iudicaret, si sacerdos qui vicem dñi in ecclesiæ gerit bis pro eodem peccato penitentiam imponeret: igitur de uno peccato solo sine aliis posset penitentia agi. Postea dicit quod haec auctoritas non cogit: intelligitur enim de illis solis qui per flagella corporis riguntur, & conuertuntur, & perseverant: tales enim iterum non iudicantur, secus est de illis qui per flagella non corriguntur, sicut Pharaon in talibus enim videatur iudicium incipi in præfensi & terminabitur in futuro secundum Aug. Vnde incidenter subiungit Magister quandam utilem distinctionem dicens, quod flagella infliguntur vel ad augmentum meritorum, sicut factum fuit in Job: vel ad cultodiā virtutis, sicut patet in Paulo cui datus est flumen fatane: vel ad corrugendum peccata sicut Marie sorori Mosis inflicta est lepra: vel ad gloriam Dei, ut patet in cœco nato: vel ad initium penitentie futurae, ut in Hieronimus de qui scaturit verbum, Act. 12. Postea exponit quidam auctoritates super dicto verbo. Nam dicit Sodoma igne, & Egyptios mari, Israëlitas in eremo punitos ne in aeternum punirentur, quia Deus non punit bis in idipsum: nec est de omnibus generaliter intelligendum, sed de illis tantum qui inter flagella puniuntur & non corriguntur, cum hoc & post aeternaliter puniantur. Quod confirmat auctoritate Hieronimus, qui dicit Leuia peccata brevi & temporali punitione puniri, pro leibus enim non puniuntur gravi supplicio & in futuro etiam aeternaliter puniuntur, quia per flagella non ergerunt penitentiam & subdit quod illud in bonis non est dubium, quia, sicut bona leuia breviter tenuntur, bona vero maiora hic & in futuro tenuntur. In malis quoque sic intelligitur sicut dictum est. Ex quibus omnibus concludit quod dicta auctoritas nihil pro predicta opinione facit. Postea inducit auctoritates Sanctorum ad confirmationem dicti erroris, & primo ponat auctoritatem Gregorii, qui dicit, Vnam ciuitatem complui &

TT 2 aliam